Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Item quæ. an int in fidelem. vel int fidelem & fidelem sit matrimonium. quod non videt. cum sæpe sit quod nullum conjugium. quod in dono facto non fuit ratum sit solo. Dnt qa conjugium est int infideles. ut int Pamum & Cenubam. & Philippum & Herodiadem. Vnde Johs arguebat Herodem de adulterio. quia non licuit ei habere uxorem fratris sui. Quod si ibi fuit adulterium. & non conjugium. ut dicit Chrisostom. Item quæ si int fidelem & int infidelem est conjugium. quam cum apls dicat. si noluit discedere discedat. infidelis. & fidelis alii copulet. cum supra dicat. quod dimissa innupta maneat. Sed ut verum conjugium. quomodo solum potest. Si non est conjugium. quam suadet simul manere cum omni copula præter legitimam. sit fornicaria. Solo. Fidelis potestatem habet in corpore infidelis. sed non eo. qa legitime in via creatoris solutum est matrimonium. fidelis quoque potest manere & discedere. quia non debitum illud quod debuit amittere solutum est. sed potestatem quam habuit non amisit. Infidelis vero discedens si alii se junxerit adulterium committit.

De conjugis antiquorum solet queri an ita essent conjugia. quomodo unus plures uxores habebat. ad singulas legem maritali se habebat. quomodo legitimus sibi consensus individualem iure consuetudine retinens. Solo. Dnt qdam quod non erant conjugia. sed uxores obtinebant. alii vero dicunt uera conjugia fuisse int antiquos & esse int iudeos & infideles. Qui ut dicunt. qa talium conjugium non est ratum. non negant esse conjugium. sed non esse ratum asserunt. Quæ an maius bonum sit conjugium quam virginitas. quia maiores passiones & angustiæ & labores sunt in conjugio quam in virginitate. & miscetur unicuique. sed suum laborem reddet. videtur quod maius sit conjugium quam virginitas. Solutio. Non est consequens si maior labor hic quam ibi. quod ideo maior qlta. licet enim virginitas maius bonum in se quam conjugium. qdam tamen conjugati non sunt minoris meriti quedam vagines.

Nolite fieri servi hominum. Supra dicit. servus vocatur es. nam sit tibi curæ. quomodo hic prohibet. ne sim servus hominum. Solo. Monet hominibus ut homines serviendum. quod sit qui spes salutis in ipsis ponit. ut illi qui dicebant. ego sum paulo. ego sum apollo. Qui autem fornicatur in corpore suum peccat. Verbis verbis indicat fornicatio gravior cetis peccatis. Vbi enim maior delectatio. & maior attempt. & sic maior offensa. Solo. Quedam delectatio est pena inflicta pro originali peccato in hac membris nris. quæ licet maior sit in delectatione cunctis peccatis. non tamen omnibus peccatis alius maior intratur culpa indicet. Item volt probare auctoritate ieu. quod fornicatio gravior sit ceteris